

quam etiam pro honore Ecclesiæ & civitatis, non potest stare sine aliqua pluri expensa, quam unus ex alijs Capellanis dictæ Ecclesiæ, non habeat pro dicta Ecclesia utilitatem sufficientem, nec competentem dictæ dignitati, quia ut quasi omnibus notum est, non excedit summam ducatorum sexaginta vel septuaginta in anno, & bonum sit provideri: Idcirco, Vadit pars, quod NN. VV. Procuratores Ecclesiæ nostræ S. Marci debeant dare omni anno dicto D. Johanni Lauredano Primicerio Ecclesiæ S. Marci ducatos sexaginta auri, quæ pecunia sit ultra utilitates & alia emolumenta, quæ dictus Primicerius solet percipere de dicta Ecclesia.

¶ Il Corner X, 193, porta questo stesso decreto, ma meglio lesse 1402. E forse lesse *die V*, per *die ultima*. Il Loredano è certo che fu eletto nel 1401, e nel 1302 non ancora volgarmente il Zecchino dicevasi *Ducatus aureus*, ma *Ducatus* solamente.

976) *Satis declaratum esse existimo, quod solus Ill.^{us} D. Dux ordinare possit, immo præcipere omnes et singulas expensas fiendas in Ecclesia S. Marci ejus Capella, tam pro reparatione dictæ Ecclesiæ, quam pro omnibus Clericis ac ideservientibus dictæ Ecclesiæ. Nec DD. Procuratores dictæ Ecclesiæ secus facere debeant, prout jurarunt, nisi tantum, quantum per ipsum Excell.^{us} D. Ducem illis præceptum fuerit. Quapropter proposui infrascripta describere, ut ipsa veritas magis elucescat. Et hæc notata sunt in Commemoriali decimo Ducalis Cancellariæ, videlicet:*

Capitulo 1. Juramus ad Evangelia S. Dei nos qui sumus Procuratores Ecclesiæ S. Marci, quod omnia bona Communis, quæ sunt in manibus nostris, & ad manus nostras advenerint, salvabimus & cu-